Item natale beatorum apostolorum philippi et iacobi. ex quibus philippus postquam pene scithiam ad fidem conuertisset. apud ierapolim ciuitatem asię glorioso fine quieuit. Iacobus uero qui et frater domini legitur: iuxta templum ierosolimorum ubi et precipitatus fuerat sepultus est.
In territorio gallię uiuariensi. beati andeoli subdiaconi. quem misit ab oriente sanctus policarpus. una cum aliis ad predicandum uerbum dei in galliam. Cuius predicatione imperator seuerus compta. spinosis fustibus crudelissime flagellatum. in carcerem trudi precepit. et sic demum ab ense ligneo in crucis modum caput eius scindi. Ciuitate seduniensi. natale sancti sigismundi regis. Autisiodoro. sancti amatoris episcopi. VI. NONAS MAI.

.xii	.xxiii	iii.	.xv	.xxvi	vii	.xviii	.xxviii	.x	.xxi
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K.
	ii	.xiii	.xxiiii	v	.xvi	.xxvii	viii	.xix	.xxix
	L	M	N	O	P	Q	R.	S	T

C. Natale sancti patris nostri athanasii. alexandrinę urbis episcopi et confessoris. In huius persecutione uniuersus pene conspirauerat or

Obiit domnus Paulus Abbas Cellensis.